

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 4. Difficultates & notæ circa doctrinam præcedentem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

concano corporibus iterum repleto. Nam alioqui mutaretur localiter, si recederet, aut accederet, aut aliter in illo secundum se defineret esse, vel inciperet: qui plus vel minus intrinsecas extēsionis situās haberet. Et si alium mundum crearet distantem ab illo qui nunc est, esset inter utrumque mundum, quamvis inter utrumque nihil aliud interieret. Alioquin haberet extēsionem situālem intrinsecam interruptam & discretam: quod non minus est impossibile, quād Deum habere extēsionem intrinsecam suā durātionis interruptam & discretam, in eo casu quo vniuersum destrueret, & postea reproduceret, non durando seu perseverando in esse, donec eundem mundum reproduceret, vel alium crearet. Quod implicare contradictionem manifestum est. Sic enim Deus defineret & inciperet esse.

17. Sequitur tertius, Deum excellenter, sine mole, & sine partibus, continere omnem longitudinem, latitudinem, & profunditatem, haberēque actū quicquid ex parte sui necessarium est, vt infinita corpora possint ipsi se presentia, posito iōlūm quod existat, quamvis alia sint extra alia, & molem immensam constituant: sicut per eternitatem habet quicquid ex parte sui necessarium est, vt quæcunque sunt, aut esse possunt successivē in infinitū, sint illa temporaliter præsentia. Ita vt sit eternitas est duratio actū infinita, carens principio & fine, per quam Deus exitus ante mundi creationem, & habet ex se quicquid durationis requiritur, vt coexistat rebus quibuslibet creabilib⁹ prius & prius in infinitū à parte ante, vel posterius & posterius in infinitū à parte post: quod non habet res in tempore creata, vel in tempore definiens: neque enim Angelus initio mundi creatus, vi durationis quam recipia habuit, coextinctus alteri Angelō quem Deus longe ante mundum creasset. Sic immensitas diuina concipienda est velut diffusio entitatis diuinæ actū infinita undequā, per quam Deus excedit infinitè limites huius vniuersi, habetque ex se quicquid est necessarium ut respondat intimè, & præsens sit quibusunque corporibus extra mundum creabilib⁹ in infinitū, sine vlla sui mutatione locali; quod non habent corpora iam creata, vel Angeli, que cur diuisi⁹ & divisionis formalis ut virtualis, non est actū infinita, & illimitata ex parte sui. Et certè alioqui Deus non esset actū immensus, si tantum haberet diffusionem huic mundo respondentem: vt non esset eternus, si haberet tantum durationem huic mundo respondentem, & non illi præexistenter. Sic enim esset lviditatus in duratione & diffusione, aquæ ac mundus ipse, eique commensuratus. Atqui de fide est Deum esse actū immensum & eternum; id est, illimitata & immensurabilis diffusionis & durations. Ergo non habet solum diffusionem, huic mundo respondentem: sed inuitè magis latè participantem undequaque, per quam aptus est in-

timè præsens esse quibusunque creaturis extrā mundum producibilibus: Sicut per eternitatem poterat coexistere creaturis possibilibus prius & prius in infinitū ante mundi creationem.

SECTIO IV.

*Difficultates, & nota circa doctrinam
precedentem.*

Contra primam partem conclusionis proposita nihil peculiare magni momenti obijicitur. Nam quod Deus in Scriptura dicatur specialiter esse in cœlo, in templo Salomonis, in Sion, &c. de speciali modo ratione aliquius operationis vel effectus intelligentum est. Quo pacto Deus specialiter est in cœlo, per gloriam: in iustis, per gratiam; in templo, per maiestatem: in Christo, per vniōnem hypostaticam: in Ecclesia vniuersi, per directionem specialem & assistentiam. Inde centia vero qua videtur esse in eo quod Deus sit intimè præsens rebus etiam foedioribus, imaginaria est, nec nisi respectu nostri, quos hac malè afficiunt. Imò illa qualiacunque, sunt Dei opera. Neque est indignius, Non est Deum indistanter & intimè illis adesse, indignum Deo adesse, rebus vno non inscius: nec anima spiritalis leproso corpore: nec Angeli mundo corporeo. Vellem autem ad hoc attendere Caluinitate, vt non adeo mouerentur indignitatibus quibusdam, quæ circa species Eucharisticas contingunt aliquando. Quasi plus sit corpus Christi, quam Deus. Illa vero quæ Deo tribuuntur interdum in Scriptura, ambulare, venire, ascendere, descendere, tropica sunt ex effectibus. Difficultas denique naturalis, quomodo Deus existens indivisibilis, sit in spatijs divisibilibus, totus in toto, & totus in qualibet parte, qua ratione videtur multiplicatum id quod vnicum est, & videtur esse extra se, ac distare à seipso; si totum est ubique: id sane ratione naturali explicari satis nequit, vt fatetur Magister in primo distinctione 37. Lit. F. Eadem tamen difficultas est de anima rationali, & de Angelis. Et multa sunt quæ esse quidem constat, non tamen satis appetet quomodo sit. Ut compositio continui, motus, tempus, eternitas, organizatio animalium ex vilissima & pœnè uniformi materia. Ne prædicta difficultas non sufficit ad destruendum dogma fide & ratione aliunde certum. Moust tamen Vvorstium Caluinitam (& sanè alios quæ mouere deberet: nam si attendunt, ea quæ contra Christi præsentiam multiplicem opponunt argumenta, contra hanc aquæ militant? Nihil enim refert, si nō corpus, an spiritus, id quod localiter multiplicatur: cum diffusus sit in eo sit, quomodo vnum & idem possit

G 3

in locis diversis simul esse totum, & esse quodammodo extra se, & diuisum a se: spiritus autem non est minùs unus & idem, sibi ipsi, quam corpus.) Mouit, inquam, Vorstium ut negaret Deum esse ubique substantialiter. Quare in celo tantum esse vult. Et de anima rationali idem assert est tanum in corde, vel in cerebro. Namlioqui si tota esset in corde, in cerebro, & in alijs partibus; esset extra se. Ita ex his scriptis refert Beccanus tract.

Beccan.

1. cap. 6. q. 1. qui eum merito Arianismi arguit. Nam si diuinitas erat tantum in celo: quomodo erat unita substantialiter humanitati Christi existentis in terris? Deinde cur in hoc cœli punto potius quam in illo? Anima quoque rationalis cur in hoc potius pungit cordis, vel cerebri, quam in illo? nam ne

in parte quidem minima adquacate inesse dici potest iuxta Vorstium: alioqui vel esset extra se, si est diuisibilis, & tota est in parte quilibet illius partis diuisibilis: vel si non ea, sed pars in parte; erit quanta & diuisibilis. Cur, inquam, anima est potius in hoc

puncto cordis aut cerebri, quam in alio, cum eot sit homogeneum, id est, constet partibus non diffimilibus, itemque cerebrum? Deinde anima ex Aristotele, & consensu omnium Philosophorum, est actus corporis organici potentia vitam habentis. At unum

punctum non est corpus organicum. Quænam enim organiatio, & quænam organa possunt esse in punto unico? Atttingere autem organa per vias utem a se deficiatam, & extra se immissam, non est ea informare, & esse actum substantiali. Alioqui sol virtutem suam in terram immittere, eam informaret. Itē quomodo anima videt in oculo, olfacit in naribus, tangit in omnibus corporis partibus, si ibi non sit? Respondet fortè Vorstius animam hanc omnia præstare è punto in quo est, per virtutem a se distinctam & immissam. Ergo cum experiamus sensationes non minus procedere à principio substantiali sensibili, quam intelligere & velle, à principio rationali: intellegit pariter & volet per virtutem distinctam: atque omnia vita exercita, & actus secundi vitales, discurrere, mereri, peccare &c. sicut per virtutem distinctam, non per ipsam animam, quæ secundum suam essentiam & substantialiam mortuo quodam modo semper malebit, cæca & nihil videns, nihil intelligens, nihil appetens. Sola enim virtus ab anima deriuata, & localiter distincta, videbit, audiet, intelliget, appetet, viuet, liberabit, peccabit, mercabitur, dolebit, delectabitur, & cætera vita officia præstabit. Hoc quod studium contradicendi mysterio Eucharistie, & pertinacia Hæreticos adduxit!

19.

Immensitas conuenienter est formaliter id quod est, & habet formam vel rationem quæ constituitur in esse quod habet, & quæ est id, quod est. Ergo si Deus est, est formaliter Deus. Secundum, quod non habet rationem quæ formaliter in tale, non est ita verum & simpliciter: quamus identice habeat illam rationem, id est, sit idem quæ cum ratione illa. Et sicut verum est dicere Petrum non moueretur quando non mouetur formaliter, sicut mox sit identice Petrus (suppono ens modos non diffiniens in re, ab ijs, quorum sunt modi) ita similititer verum est dicere Deum non esse, si nos est formaliter aliquid quo Deus in esse Dei constituitur, sed identice tantum.

Respondent hanc propositionem, Deum non esse formaliter significare Deum non concipi perfecte, etiam rareriter, non concipi

tis, ut quicquid ponitur, sit Deo praesens localter: sicut ex attributo æternitatis sequitur necessariò, ut quicquid est in quacumque temporis differentia, Deo intime coexistat.

Nota secundò, immensitatem sumptam Immensitas veluti radicaliter, pro exigentia & absolutâ actualis non est necessitate diffusionis omnimoda, esse quidem perfectionem simpliciter simplicem; at non sumptam pro extensione actuali & sensitivis, diffusione omni ex parte infinita, per quam Leo. apta est, complete ex parte sui, respondere omnibus spatij realibus in infinitum creabilibus. Vel enim sumitur inadæquate pro qualibet indivisiibili & partiali praesentia, aptitudinali respectu spatiorum creabilium, & actuali respectu creatorum: vel adæquate pro tota illa diffusione infinita. Si primum: non est melior ipsa, quam altera qualibet partialis ad alteram spatij partem, incompossibilis cum ipsa, cuilibet enti semel sumpto. Si secundum: illa quoque non conuenit Deo semel sumpto, sed infinites veluti replicato. At perfectio simpliciter simplex illa est, quæ cuilibet enti, ut vni scilicet semel sumpto, melior est ipsa quam non ipsa, aut qualibet alia incompossibilis cum ipsa.

Confirmatur, quia cum omnis perfectio simpliciter simplex sit Deo essentialis: vel tota Dei essentia non esset ubique: vel illa tota correspondet, & estensio infinita, ubique est: quod est falsum. Id est de æternitate cum proportione dividendum est. Si qui vero dicunt, mensitatem actualiem, id est, diffusionem formam per omnia spatia realia & imaginaria, esse Deo essentialiem: coguntur dicere absurdum aliquid, & impium: nempe Deum nunc non esse, neque unquam fuisse. Quia de immensitate philosophandum est, ut de æternitate. At æternitas sumpta pro actuali diffusione per omne tempus reale & imaginarium collectivè, seu tota, vel non est de essentia Dei: vel alioquin Deus iam non est, quia nunc non est tota illa diffusio: & impossibile est rem esse, si non sit eius essentia, id est, id quo est id, quod est, & sine quo nec est potest, nec concipi.

Respondent aliqui, Deum esse identice, non formaliter. Sed contra primò, unum quodque est formaliter id quod est, & habet formam vel rationem quæ constituitur in esse quod habet, & quæ est id, quod est. Ergo si Deus est, est formaliter Deus. Secundum, quod non habet rationem quæ formaliter in tale, non est ita verum & simpliciter: quamus identice habeat illam rationem, id est, sit idem quæ cum ratione illa. Et sicut verum est dicere Petrum non moueretur quando non mouetur formaliter, sicut mox sit identice

Petrus (suppono ens modos non diffiniens in re, ab ijs, quorum sunt modi) ita similititer verum est dicere Deum non esse, si nos est formaliter aliquid quo Deus in esse Dei constituitur, sed identice tantum.

Respondent hanc propositionem, Deum non esse formaliter significare Deum non concipi perfecte, etiam rareriter, non concipi

piatue tota diffusio immensitatis & eternitatis. Sed contra primum, aliud est Deum non esse formaliter id quod est: & Deum non concipi. Neque enim Deus est per nostrum conceptum. Secundò ille conceptus essentia diuinæ est peruersus. Nam verus conceptus essentia rei cuiuslibet, est conceptus illius quo res formaliter est id quod est, & sine quo tanquam intrinsecè inexistente res nec esse potest, nec concipi. At diffusio illa non est id quod Deus formaliter est id quod est. Alioquin Deus non est Deus hoc instanti, neque vlo præcedenti aut sequenti: quia non est in vlo instanti tota diffusio eternitatis. Deus autem non est verè Deus sine eo quo formaliter est Deus, id est, sine ratione quā constituitur in esse Dei.

22 Nota tertio, quando dicimus Deum extra cœlos esse in spatiis imaginariis infinitis, id ita esse intelligentum, quod Deus verè sit in seipso, & existat substantialiter, vbi nos spatia infinita imaginamur: non autem quod verè ibi sint spatia realia, quibus Deus coexistat & actu præsens sit. Non ut rectè D. August. lib. XI. de ciuitate, cap. 3. in fine. Inane est cogitare extra mundum infinita loca: sicut inane est ante initium huius mundi cogitare infinita tempora processisse. Dico igitur nulla dari spatia realia ab æterno, præter diuinam immensitatem: sive independentia à Deo & impræducta, quod est alienum à fide, & contra symbolum Nicenum affirmans Deum esse factorem omnium visibilium & inuisibilium: sive produc & dependentia, quod repugnat Concilio Lateran. cap. Firmiter, esserenti Deum omnia condidisse in tempore: sed neque ulla spatia realia in tempore producta, præter corpora ipsa, & familia, quæ sunt spatia physica sua mole: alia vero spatia in quibus Deus & mundus sint, esse planè superflua. Si enim necessaria, maxime ut Deus & mundus in eis sint, & motus localis in eo fiat, & præsentiarum variatio. Sea contrà. Nam vel ipsa spatia sunt in aliis similiter, vel non. Si primum, itur in infinitum. Si secundum: quidpi Deus, & corpora, & cætera creata, quæ primò sint & ponantur in seipso, non in alio reali & actuali spatio distinto? Ruxus sicut per se ipsa formaliter sunt, & veluti ponuntur in existentia, sine alio tempore & aliis distincto in quo recipiuntur: & per se ipsa formaliter existere possunt sine spatio reali distincto. Et quemadmodum fluxus durationis satis intelligitur & fit in ipsa sine tali spatio reali fluente & temporante: sic & motus localis, sine vlo alio spatio reali immobiliter permanet. Capacitas vero illa ut mundus sit vbi nunc est, & alia esse possunt vbi non sunt, vel male concipiatur, vel nihil aliud est quam possiblitas, ut mundus, & alia, sint vbi nunc sunt, aut esse possint vbi actu non sunt. Sicut autem possiblitas materialium aliarum non est quid reale actu existens, sed tantum posse esse: sic nec ista. Alioquin extra Deum non existerent res ab æterno, quod sunt res ab æterno possibles. Neque

August.

Non datur
spatiū in-
finitū præ-
ter Deum.

Deus censendus est esse in illa possibilitate extra cœlos, tanquam in alio à se distincto, & actu sibi presente ac coexistentia. Nam possiblitas illa nihil est aliud, quam corpora posse esse extra cœlum vbi spatia imaginaria concipiuntur. At posse tantum esse non est esse. Sed Deus tamen est concipiendus ita nunc se habere per suum diffusionem immensam, ut illius impingatur, & eodem modo se habentis intrinsecè, præsens est omnibus corporibus quæ extra mundum crearentur, quantumvis illa in infinitum omni ex parte multiplicarentur, vel magis ac magis in infinitum extenderentur.

23 Nota quartio, Patres interdum dicere, Deum nusquam esse, & non esse in loco; propter illimitationem præsentis diuinæ, intellegendo scilicet locum determinatum & finitum, quem Deo negant merito. Dicunt etiam aliqui, Deum nusquam esse, & vbique. Nusquam, quia nullo loco circumscribitur. Vbique, quia à nullo excluditur. Quod si ex ras an Dei maximè proprium sit esse immensum, & esse vbique, ita ut nulli creaturæ communicari possit? Respondeo, Dei proprium esse, vt sit immensus a voluntate necessitate: & vt vbique necessitate omnimodâ ex parte sui, posita aliunde existentiâ creaturarum. Vbi quicquidem verò dependentem, & contingenter, creaturæ communicari posse, tum spiritibus, tum ciam corporibus, quæ etiam totaliter vbique esse possunt spirituali modo, & indivisiibili, vt corpus Christi est in speciebus Eucharisticis. Idemqua censeo dicendum de immensitate. Cum autem Patres ex immensitate Filij probant eius diuinitatem: vel loquuntur de immensitate absolute necessaria: vel argumentantur, non absoluè ex natura rei, quidè lumpâ, sed supponit aliunde reuelato, spiritus creatus, & quicquid non est Deus, habere, vbi limitationem. Licet aliqui non repugnet immensitatem dependentem & contingenter potuisse communicari crea-

Deus nu-
quam est,
& vbique.

Imme-
nitas &
vbi-
quo
modo Dei
propria?

SECTIO V.

Refertur & impugnatur sententia quorundam contra Dei immensitatem.

24 Contra id quod diximus, Deum esse actu diffusum ultra cœlos in infinitum quamvis versum, ad instar lucis à Deo creatæ, in infinitum, ex parte diffusa & immensa, vel in instar corporis infinitè undeque ex tensi: cum ea tamen differentia, quod corpus illud, & lux corporea, extendetur in infinitum undeque per varias sui partes, quæ ex genere formalis appellantur: Deus autem sua entitate indivisiibili, per sui replicationem, & per æquivalentiam, non minus diffunditur, ad eum modum quo anima rationalis & indivisiibilis diffunditur per rotundum corpus quod informat, & Angelus per p-